

giosi, de priuilegiis, & Dudum de sepultu-
ris, ac etiam Extrequentibus, de sententia ex-
cōmunicationis, ac extrauagante, Ad condi-
torem Ioannis. 22. &c.

¶ Idem pater Focher concessio. 5. eiusdem
Compendij ita scribit. Fratres Mendican-
tes possunt absolvere siue Indos, siue ceteros
Christicolas hic habitantes ab omni Exco-
municatione, siue sit lata à iure, siue ab ho-
mine, dummodo ipsi Excommunicati satis fa-
ciant damna passis, & hoc tam in foro inte-
riori; quàm exteriori. Circa quod nota, qd no-
minatim excommunicatos ab homine non ab-
soluant, sed neq; eos, quos notoriè constat
incidisse in sententiam Excommunicationis,
siue ab homine, siue à iure latæ, & præfer-
tim quando ex absolutione posset oriri scan-
dalum apud Episcopum, à cuius scādalo quā-
tum fieri potest, cauere debent omnes, ne tan-
ta vilescat dignitas, ar.c.i. de Priuilegijs, &
c. Accedentibus, de Excess. Prælatorū: alias
cessante probabili scandalo, eos absolvere
possunt, & maximè Indos. Hoc nota pro In-
dis contrahentibus in gradibus consangui-
nitatis, & affinitatis prohibitis. Quoniam
ex hoc incidunt in sentētiam Excommunicatio-
nis